

c. 8. p. 14. sq. καὶ ὅλως, σύνθετον ἐκ πάντων θεῶν γενέσθαι δεῖ τὸν Ἀτρέως καὶ Ἀερόπης. Evidem δεῖ delendum censeo; reddit enim orationem hilicam, quum γενέσθαι commode, immo rectius, ab antecedente οὐδεὶς ὁ κωλύσων pendeat, et intellectu sit difficile, cur Lucianus ipse suam orationem tam impedire voluerit; neque enim inest aut elegantia aut emphasis. — c. 10. initio: "Ετι κάκεινο εἰπεῖν ἀξιον. Non male. sed nec inepte, immo seriei orationis conuenientius scriberetur εἴτα κάκεινο. praecedit enim capite 9. πρώτον μὲν, ad quod εἴτα commodius refertur, quam ἔτι. c. 11. vid. Ind. v. παρά. — c. 16. ὑπόμνημα τῶν γεγονότων γυμνὸν συναγαγὼν ἐν γεαφῇ κομιδῇ πεζόν. Offendit me illud ἐν γεαφῇ, quod non solum superuacaneum est, sed, ut opinor, orationem impedit. Grammaticus vero hac vocula accuratius definire poterat illud συναγαγὼν, sc. ἐν γεαφῇ, nec oritur κακοφωνία, nam οὐ et ω diuersam pronunciationem postulant. — c. 17. pag. 30. med. συνηρώτητο αὐτῷ τὸ προσίμιον τὸ τῆς κολακείας ἐς κόρου. καὶ τὰ etc. Malo iam punctum poni post προσίμιον, et τὸ τῆς κολακείας sumi pro ἡ κολακεία. Ita certe Gesnerus accepit, vertit enim: *Adulatio-*nis hic fuit *ad satietatem*, *laudes importunae* etc. c. 21. pag. 36. καὶ διὰ τοῦτο οὐκ ἐπήγαγε διὰ τῆς ἐβδόμης. Locum hunc in nota et indice (vid. ιζημι.) varie studui explicare; sed parum profecisse ipse mihi video. Illud διὰ τῆς ἐβδόμης vertunt: *per hebdomada*, aut: *per septem*.